



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quemadmodum orationes Eusebij de monumento Seruatoris, stans  
audierit. Cap. XXXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

*De Constantini oratione quam ad sanctorum cœtum  
scripserit. CAP. XXXII.*

**I**gitur Romana lingua orationes imperator conscripsit: quas interpretes quidam (ad quos illud interpretandi munus pertinebat) græcè fecerunt. Ex his è latinis græcè factis orationibus, exempli causa, postquam institutum opus absoluero: atexam orationem illam, quam ipse hoc titulo inscripsit **AD SANCTORVM COETVM ORATIO**: quamque præterea ecclesia Dei dedicauit: ne quis meum de eo testimonium, vanam & ostentatoriam prædicationem esse iudicet.

*Quemadmodum orationes Eusebij de monumento Seruatoris, stans audierit.  
CAP. XXXIII.*

**A**c ne illud quidem mihi tacitè prætermittendum videtur, quòd nobis ipsis præsentibus summa cum admiratione gesserat. Nam cum eius singulari erga Deum pietate adducti, postularem: vt de Seruatoris monumento & sepultura disputantes nos audire vellet: libentissime sanè aures suas sermonibus nostris præbuit, & in ipsa basilica magno auditorum cœtu circumfusus erectusque stans: communem cum reliquis audiendi operam exhibuit, cūq; flagitarem vt regali in folio, quod ibi sessionis causa positum erat, se reclinaret: minimè cessit nostris precibus, quin potius contento animo quæ dicebatur secum diiudicabatur & Theologiæ decretis, veritatis testimonium dabat. Sed cum iam multum temporis fluxisset, & nos longiores essemus, finemq; facere statueremus: hic quidem ille restitit, & vt omnem sermonem absoluere hortatus est. Rursus verò vt sederet deposcentibus nobis: subtristi & austero vultu respondit: nefas esse, institutis de Deo disputationibus, negligentes aures præbere. Sibi verò hoc esse imprimis vtile, præsertim cum pium sit de diuinis rebus dissententes: erectos audire. Sed absoluto aliquando tandem omni hoc sermone, nos domum perreximus & vilitatis nostræ metipsum exercitationibus dedimus.

Pp

Quod